



107. Stk.!

R 1.57 Q

18. 1. 17





EPICEDIA.

Dristina Pontifici delecto nomina,
sordent,
vult Cœlestinus, Felix, vel victor ha-
beri,
aut quodcunq; aliud felicius adprobat omen,
cùm Christi ingreditur regnis cōtraria regna.
Noster, tu dubitas etenim, mortalia linquens,
cœlis exceptus, superatis mille periclis
nonne queat meliùs s̄vetum h̄ic deponere
nomen,
Cœlestinus ibi, Victor, Felixque vocari?

*Sic piè defuncto DN. Consuli, Johanni Pabst/
cum Christo nunc regnanti, gratula-
batur, relictis condolebat.*

*M. Theodosius Wixer/Eccl.
Ilmenoitana Past. & Decanus.*

Tres sibi Pontificem, *notum*, imposuisse coronas,
Quòd terræ, inferni, sitq; Monarcha Poli.
Cui, quamvis secum tot millia ducat in Orcum,
Quid facis, en debet dicere nemo Papa?

(o)

At



Ast alias Consul, *Christò neclente* Coronas
Obtinuit, Papa qui *Nomine dictus erat.*
Prima fuit fidei, *caput à baptisinate cingens,*
Et verbi gemmis condecorata sacri.
Altera justitiæ, *meritò quam CHRISTE parasti,*
Perfolvens Patri debita hytra Tuo.
Has Noster conservaturus, fertur in hostes
Peccatum, mundum, cum styge, terrisonos.
Pugnat, & *opponit clypeum, galeamq; salutis,*
Adjunctò cursu mox pietatis, ait:
Et varios casus, & tot discrimina rerum
Perpeffus vinco, Numine, CHRISTE, Tuò.
Tertia Te veniet mihi diribitore corona,
Cùm dabit infætos buccina clara sonos.
Justitiæ hæc consummatæ est, *lucisq; beata,*
Electis Christus quam dabit omnigenis.
Ergò Papa es felix, *cûi deposita ista corona,*
Quam neq; mors minuet, flamma nec ignis edax.

Dn. Consuli emerito Fac.

Johannes Weidtnet / Eccles.
Ilmenoitanæ Diaconus, & Porli-
censis Pastor.

O Venerande Senex! *Quantum mutatus ab illo,*
Qui quondam Podagra perpeffus sæpè dolores.
Nunc Anima exultat supra, nunc Conditum in urna.
Curarum corpus vacuum morbiq; quiescit.
In luce extrema rursus jungetur utrumq; ,
Totus & mirabis cum Sanctis culmina Cælo,
Ergò Tibi grator fortem hanc, Patrone Lycæi
Nostri, & pro meritis opto Paradisica regna.

Amoris, honoris & recordationis

ergò hæc apponebat

Johannes Grobius Scholæ Ilmenarviensis
p. t. Rector.

Expediit

EXpedit esse pium, pietas tutissima virtus.
Quâ florente fides, spes, amor usque vigent,
Testis erit *Consul noster*, qui Conditur urnâ
Vexatus multis innumerisque modis.
Hæc quondam *Venerande senex* tua Regula vitæ,
Hæc in agone *Tibi* Duxque Comesque fuit:
Præmia nunc igitur Cape depositamque Coronam.
Quam meruit pietas, quam meruitque fides,
Qualis ad Auroræ fulget Cythereius ortum
Lucifer, & radius astra minora premit;
Talis in æthereâ mens enitet arce recepta
Scilicet æternæ munera lucis habet.
Qui nunc immundum mundum superavit honeste!
Victor Ovans lætus tempora pacis agit!
Jam tetigit Vento Coelstem sospite portum,
Atque pios inter gaudia mille capit,
O quater, & quoties non est numerare beatum,
Qui valet in Christi claudere fata fide!
Vos igitur Cuncti, quos juxit sanguis, Amice,
Nunc justo lacrymis ponite fine modum.
Sic fuit in fatis, sic Jovæ sancta voluntas,
Et lex ter sancti Numinis alma tulit.
Non est amissus verum præmissus, iniquis
Ereptus mundi fluctibus, atque dolis.
Solvite conjunctis linguis vestra ora, precantes,
Vivere da rectè, da benè Christe mori.

*Hæc illi missina vere Condolens
acclamabat*

Wolfgangus Nicolaus Müller
L. L. Studiosus,

F I N I S.



NOBILITATUM

ON MARTINO

NOBILITATUM

NOBILITATUM

8

NOBILITATUM

NOBILITATUM

NOBILITATUM















EPICEDIA.

Dristina Pontifici delecto nomina
fordent,
vult Cœlestinus, Felix, vel victor ha-
beri,

aut quodcunq; aliud felicius adprobat omen,
cùm Christi ingreditur regnis cōtraria regna.
Noster, tu dubitas etenim, mortalia linquens,
cœlis exceptus, superatis mille periclis
nonne queat melius s̄vetum hīc deponere

